

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

60. Ad habitum redire cogatur, & recludatur in monasterio, quæ  
religiosam vestem abjecit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

Non aliter & hi qui tonsi à parentibus fuerint, aut sponte sua , amissis parentibus , se ipsos religioni devoverunt , & postea habitum secularis sumpserunt , & iidem à sacerdote comprehensi, ad cultum religionis, aetate prius pœnitentia , revocentur. Quod si reverti non possunt , verè ut apostatae anathematis sententiae subiciantur. Quæ forma servabitur etiam in viuis virginibusque sacris ac pœnitentibus feminis quæ sanctimoniale habitum induerunt & postea aut vestem mutaverunt aut ad nuptias transferunt.

De discretione secularium & sanctimonialium viduarum. *Item ejusdem cap. LV I.*

L IX. Duo sunt genera viduarum , seculares , & sanctimoniales. Seculares viduae sunt quæ adhuc disponentes nubere , laicalem habitum non deposuerunt. Sanctimoniales sunt quæ jam mutato habitu seculari , sub religioso cultu in conspectu sacerdotis vel Ecclesie apparuerint. Haec si ad nuptias transferint , juxta Apostolum non sine damnatione erunt ; quia se primùm Deo voventes , postea castitatis propositum abicerunt.

Ad habitum redire cogatur , & recludatur in monasterio , quæ religiosam vestem abiecit. *Ex registro Gregorij , Vitaliano Episcopo Sepontino.*

Lib. 7. Indiæ.

1. epift. 9.

Burchard. lib.

8. c. 49.

L X. Si custos religiosi habitus aut esse nos-  
ses Episcopus , filiam gloriose memorie Tul-  
liani magistri militiae , te illuc posito , nec pro-  
jectis religiosis vestibus ad secularis reverti

habitum nec ad nos licuisset perversam epistolam destinare. Sed quia nimia desidia ac torpore deprimeris, in tuo dedecore res ad præsens illicita impune commissa est. Nam sicut præfati sumus, si sollicitus \* essem, prius ad \* extitentes nos ultio mulieris pravissimæ quam culpa debuit pervenire. Quia ergo tantum hebes tantumque es neglegens ut nisi canonicam in te fueris coërtionem expertus, in aliis districtiōnem & disciplinam nescias custodire, qualiter debeas esse sollicitus congruo tibi, si Domino placuerit, tempore \* demonstramus. Præsen-  
tia igitur scripta suscipiens evigila, & excita-  
\* demonst-  
tus saltim exequere quod pressus nunc usque bimus  
innavia distulisti. Instantiæ ergo tuae sit prædi-  
dam mulierem unâ cum Sergio Defensore  
comprehendere, & statim non solum ad malè  
contemptum habitum sine excusatione aliqua  
revocare, sed etiam in monasterio, ubi omni-  
no districte valeat custodiri, detrudere, & ita  
omnem circa illam sollicitudinem exhibere ut  
quam sit nefarium quod commisit ex tua pos-  
sit distinctione cognoscere. \* Quod si quis, \* Quia in re si  
quis non credimus, laicorum aliquo tibi in-  
genio tentaverit obsistendum, à \* sanctissimæ \* sacratissimæ  
eum communionis participatione suspende;  
nobisque renuntiare festina; ut quantum sit  
execrabile quod præsumit, postquam consi-  
deratione propria non advertit, emendationis  
qualitate cognoscat. In his autem omnibus ita  
te cautum ac stude vigilantem ostendere ut  
culpam tuam non geminare neglectus sed ali-  
quantisper valeat sollicitudo minuere.

Dd ij